



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 108. Fabius Mignanellius Cardinalis mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

tur, eidemque in Lexoviensi Episcopatu, & Beccensi Abbatia succedebat, tandem vero ad preces Fratris sui Francicæ classis Præfecti, qui tum in aula plurimum potentia valebat, rubrum Gale-  
 rum obtinuit a Paulo III. Papa Mense Decembri Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto Cardinalium numero adscriptus, qui tamen, licet per integros sexdecim annos Cardinalitia dignitate fulgeret, nunquam Romanam urbem accessit: cum autem illius Frater Regis indignationem incurreret, ipsemet pariter ab aula recedere, ac Rothomagum sese recipere cogebatur, ubi etiam extremum diem clausit, die nona Junii Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, quamvis Scriptorum nonnulli illius obitum ad annum sequentem rejiciant. Corpus ejus Lexovii in ejus Ecclesia Cathedrali prope Cathedram Episcopalem terræ mandatum quiescit.

§. CVIII.

*Fabius Mignanellius Cardinalis  
 mortuus.*

Tertius erat Fabius Mignanellius patria Senensis, qui Anno Christi millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto primam lucem aspexit, atque a parenti-

*Pallav. hist.*

*Conc. Trid.*

*l. 10. c. 8.*

*n. 1. l. 11.*

*c. 1. n. 9. &*

*l. 13. c. 6. n. 2.*

Sæcul. XVI.  
A C. 1557. rentibus suis Petro Paulo Mignanello, & Honorata Saracena liberaliter educatus, atque ad jurisprudentiæ studium missus est, in quo etiam plurimum emi-  
nuit, progressu tamen temporis Cardi-  
nalis Capoferrei Sororem in matrimo-  
nium ducens liberos exinde suscepit:  
ea autem fatis functa Romam venit,  
ubi inter Consistorialis Aulæ Advocato-  
s cooptatus id muneris non sine in-  
genti nominis sui fama obibat, ac paulo-  
post meritorum suorum suffragio sum-  
morum Pontificum benevolentiam sibi  
conciliabat, & procurante Cardinale,  
cujus iororem duxerat, ad primas Ec-  
clesiæ dignitates evehebatur, nam præ-  
primis Sedis Apostolicæ Nuntius primo  
ad Venetos, & postea ad Carolum V.  
decretus fuit, nec minus Marchiam  
Anconitanam regebat, simulque Anno  
Domini millesimo quingentesimo qua-  
dragesimo primo Bononiensis Legatus,  
ac dein Lucerinus Antistes renuntiaba-  
tur. Interfuit quoque Tridentino Con-  
cilio, ac post aliquot annorum decur-  
sum primo Grossetanus Episcopus, de-  
mumque a Julio III. Cardinalis, & Si-  
gnaturæ, ut vocant, Præfectus fuit  
nominatus, quam novam dignitatem  
Paulus Sadoletus datis literis officiose  
gratulabatur. Anno post Christum na-  
tum millesimo quingentesimo quinquage-  
gesimo

gesimo secundo Senas ad sedandos tu- Sæcul. XVI.  
 multus in hac republica concitatos a A C. 1557.  
 Pontifice fuit missus, ac postmodum  
 Sacris Comitibus, in quibus Marcellus II.  
 & Paulus IV. creabantur, interfuit,  
 tandem vero Romæ sexaginta, & unum  
 annos natus die decima tertia Mensis  
 Augusti Romæ obiit, sepultusque fuit  
 in Ecclesia D. Mariæ de Pace, ubi ejus  
 monumentum Joachimus Bellajus se-  
 pulcrali inscriptione honorabat.

## §. CIX.

*Joannis Alvarez Toletani mors.*

Inter Cardinales hoc anno defunctos Ciacon. t. 3.  
 quarto loco recensetur Joannes Al- p. 644.  
 varefius Toletanus Ordinis Fratrum Aubery l. c.  
 Prædicatorum, qui natione Hispanus  
 ex nobilissima Toletanorum familia pa-  
 rentibus Friderico Alvarez Albæ Duce,  
 & Isabella Pimentella non minus pie-  
 tate, quam genere claris natus est, post-  
 eaque morum probitate, atque erudi-  
 tionis excellentia inter sui Ordinis Alum-  
 nos ingens sibi nomen comparabat, nec-  
 non Philosophiæ, & Theologiæ eam  
 operam navabat, ut a Carolo V. Cæ-  
 sare, cui præclara hujus Viri merita  
 satis perspecta erant, primo Corduben-  
 sis, dein Burgenfis Episcopus, ac de-  
 mum ad ejusdem Imperatoris preces a  
 Paulo III. die vigesimo Decembris Anno  
 supra